opus fuerit ad solvendum succumbendo. Librum memora-
tus Recognoscens Dominus Joannes Korytko se suosq successo-
res ad super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecu-
niarijs inscribit et Obligat eandem Inscriptionem ex his
Actis ad Acta Terrestria Premisliensia pro primis et pro-
ximis Terminis Terrestribus Premisliensibus transferre et trans-
portare sive etiam per prima et proxima Positione Librorum
eorundem Terrium Premisliensium sub vadio aliorum Mille
florenorum polonicalium ob non transportationem Inscriptionis praesentis per eun-
dem Regentem ad solvendum succumbendo. Vel si tantum Oe-
conomo eiusdem Xenodochij sive domus Hospitalis Pre-
misliensis fuerit idem Regens dat et Concedit eidem plena-
riam facultatem omnimodamq potestatem eandem Inscri-
ptionem ex his Actis Castrensibus ad Acta supra scripta Terrestria
Premisliensia quandocunq voluerit transferendi et transpor-
tandi. Quam transportationem tanti valoris habere vult
ac si per semet ipsum Regentem transportaretur. Pro quibus
quidem vadio vel vadijs ac realitque praemissi non Completa
Citatus idem Regens Dominus Korytko ad Instantiam Oecono-
mi vel eius Provisoris eiusdem Domus Hospitalis Premi-
sliensis Pauperum eiusq successorum Citati Coram Officio
praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi extunc vero per supra
scripto mediante in primo Citationis Termino tanquam peremp-
torio stare, parere, respondere, per vadio vel vadijs praefatis
Cum Citati omnibus satisfacere debebit et tenebitur seq ad suos
successores Obligat. Eundem primum peremptorium Termi-
num et alios omnes Consequentes eiusdem Causae Terminos
semper peremptorios vera Infirmitate pro Maiori, Minoren-
nitate, successionum Legatione intra vel extra Regnum servi-
tio Militari ad Munimenta ad Exercitum. Ad probationem
Ultra proximos Terminos Officij praefati Castrensis Capitanealis Pre-
misliensis vel alijs quibuscunq legalibus Impedimentis et dilatio-
nibus

nibus non differendo eadem non recipiendo. Nullasq Motio-
nes Appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemis-
sa omnia Partis simplicibus vel Complicatis, Evasionibus
suspensionibus et alijs Juris, Exceptione Termini bello
Conventionis et alijs Juris remedijs et defensis non subterfu-
giendo sub vadio suorum successionum amissione. Totius Causae
Recognitione sua personali Mediante

G. G. Korytkow Coniugum mutua Advitalitas

Comparentes personaliter Coram Officio Castrensi Capitaneali Premisliensi
et Actis praesentibus Dominus Joannes de Rohrac Korytko Venator
Terrae Premisliensis et Ursula de Barnow Consors Coniuges
legitimi sani mentibus et Corporibus existentes a Terris Juribus
Jurisdictionibusq suis quibuscunq proprijs et Competentibus rece-
dendo Praesentiq Actibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus quo
ad Actum praesentem attinet tantum totaliter et plenarie cum
bonis omnibus et successionibus incorporando et subjiciendo
palam publice Liberes recognoverunt, et quilibet illorum
suo pro Interesse recognovit. Quia ipsi sibi mutuo et vice
versa Una Pars alteri omnium bonorum suorum Haereditariorum
Obligatoriorum, Mobilium et Immobilium ac summarum
quarumvis pecuniariarum. Usum auri, argenti, Clenodiorum,
Margarethorum Unionum vestium vestimentorum, Pecorum,
Pecudum, Equorum ac totius suppellectilis domus mutuam
Advitalitatem sibi inscripserunt pro ut praesentibus inscribunt, tali
Videlicet modo, quodsi prius praefatum Dominum Venatorem
Terrae Premisliensis quam praefatam Dominam Ursulam a Bar-
now Consortem de hac luce decedere contigerit extunc me-
morata Domina Consors Bona eadem omnia a morte sui Mariti
derelicta Haereditaria Mobilia et Immobilia Obligatoria summasq pe-
cuniarias vero supra scriptas omnes Cum omni emissione su-

ve Dominio et proprietate attinentijs et pertinentijs suis universis
nihil excipiendo tenebit habebit et possidebit illisq[ue] pro
placito suo utifruetur ad extremae vitae suae tempora.
Post mortem vero eiusdem Nobilis Consortis in successores eius
dem sui Mariti absq[ue] quavis Contradictione et impedimento
Successionem Consortis sub eadem Bona omnia suprascripta
totaliter et plenarie reddibunt et devolventur. Et similiter
si praefatam Nobilem Ursulam a Tarnow quam suprascriptum
Nobilem Joannem Korytko Maritum mori Contigerit extunc is
idem Nobilis Maritus Bona eadem omnia suprascripta morte
Consortis sub derelicta Haereditaria et Obligatoria Mobilia et
Immobilia summasq[ue] pecuniarias ac res suprascriptas omnes Cum
omni praemissorum Jure Dominio proprietate attinentijs et per
tinentijs suis universis nihil excipiendo tenebit habebit et pos
sidebit illisq[ue] pro placito suo utifruetur. Post Mortem
vero praedicti Nobilis Joannis Korytko Mariti in successores eius
dem suprascriptae Nobilis Consortis eadem Bona omnia sine quo
vis impedimento et Contradictione successionem Nobilis Mariti
totaliter et plenarie reddibunt et devolventur. Eatamen Con
ditione adiecta per Parte suprascripti Nobilis Venatoris Pre
misliensis Quod Bona Reformatidi olim Nobilis Zuzannae
de Swięstoslaw Consortis sui prioris subiecta eidem Advita
litati subiacere non volt. ac eadem ab hac advitalitate exi
cipit In reliquis vero omnibus Idealiter suprascriptam est
Advitalitatem sibi mutuam inscribunt. Ceterum memorati
Recognoscentes in et super bonis suis omnibus cum successoribus
inscribunt et Obligant eandem Inscriptionem ex Actis
Castrensibus ad Acta Terrestria Premisliensia ante Decursum omnis
Anni transferre et transportare Idq[ue] sub Damnis Terrestribus
et non Transportationem Inscriptionis per alteram Parti
ad solvendam succumbendo. Insuper Idem Recognoscentes
dant sibi mutuo et invicem plenariam facultatem et omni
modam

modam

modam potestatem vel Cuivis ex Illis potentibus suis
eandem Inscriptionem ex Actis Castrensibus ad Acta Ter
restria Premisliensia transferendi et transportandi Quam
Transportationem habere volunt acsi per ipsos Recognoscentem
transportaretur. Proquibus quidem Damnis Terrestribus
Idem Recognoscentes Citati exhibentes videlicet Nobilis
Ursula a Tarnow Consors ad Instantiam eiusdem Nobilis Jo
annis Korytko Mariti. Praefatus vero Nobilis Maritus ad
Instantiam Cuiuvis Amici eiusdem Nobilis Consortis sub ex
tunc recepto suprascripto Mediante Cum successoribus suis in
Officio praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi in primo Cita
tionis Termino tanquam peremptorio stare parere Respon
dere Pro Damnis Terrestribus Cum Citatis omnibus satis
facere debebunt et tenebuntur seq[ue] ac suos successores Obli
gant. Eundem primum peremptorium Terminum et alios
omnes Consequentes si qui sint semper peremptorios vero
In firmitate successionem Minorennitate per Maiori Legatio
ne intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Muni
menta ad Exercitum vel alijs quibusvis Legalibus Impe
dimentis et Dilationibus non differendo Ad Quietationem
Ultra primos Terminos Iudicii Officij Castrensis Capitanealis
Premisliensis Dilationem sibi non recipiendo Nullasq[ue] Motio
nes Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac Om
nia sua omnia Ordinis simplicibus vel duplicatis Excusatio
nibus suspensionibus Statutis Juris prescriptione Termi
ni Bello, Conventionemq[ue] vel alijs Juris remedijs et defensio
nis non subterfugiendo Haec sua praesenti Inscriptione ad
Omnia omnia Mediante.

Korytko Recognitio: